



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Rescriptum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

ver. testator. Episcopus competit restitu-  
tio malè ablatorum, prout superius in ver.  
Episcopus. §. 19.

## RESTITUTIO IN INTEGRUM.

Primo, an detur in lassione enormi,  
vel modica; vide in ver. Ecclesia, in ver.  
emptio, & in ver. ignorans seu idota, &  
&c Covar. libro 1. cap. 3. var. resol.

Secundo, restitutionis in integrum  
beneficium, & illius tempus, est judici  
arbitrarium, Afflict. decis. 2. 4. num. 2.

Tertio, Ecclesia adversus laicum pe-  
tit restitutionem in integrum coram Ju-  
dice laico, secundum communem opini-  
onem, Covar. libro 1. cap. 4. numero 2.  
var. resol.

Quarto, restitutio in integrum adver-  
sum rem judicatam, concedi debet, quan-  
do ex noviter deductis, constat de hono-  
jure, Caputaq. dec. 9. 4. par. 3.

Quinto, restitutio in integrum datur post  
præscriptionem per quadriennium & octennium  
Eccl. c. 1. & 2. de in integr. rest. lib. 6. & ibi  
Gemin. & post trigesimum, Covar. libro  
1. cap. 3. numero 12. ver. 7. sed ut rem, var.  
resol. & in lassione etiam post centum an-  
nos, Gom. in cap. 2. numero 51. notab. 7.  
de constit. libro 6. ex Bal. in l. falsam, C. si ex  
facto testatoris.

## RES C R I P T U M.

Primo, Rescriptum imperatum a pro-  
curatore excommunicato, an sit vali-  
dum? vide cap. 1. & ibi gloss. in ver. alio  
ubi dicitur quod non, & ibi Gom. nn.  
34. & infra, tenet affirmatiu[m] in casibus,

quibus potest per se ipsum, & intellige  
de excommunicato, juxta Bul. Martini  
V. Concil. Constant. de rescripto impe-  
trato a procuratore revocato, vide cap. ex  
parte, il. 3. de rescripto.

Secundo, ista exceptio, an, & quan-  
do debeat opponi, vide Marant. 6. par.  
memb. 3. numero 5. Gom. in quast. 44. de  
annal. posse. & in dict. cap. numero 6. & c. 1.  
de except. libro 6.

Tertio, an brevia nostri temporis, quæ:  
passim expediuntur ab Urbe, veniant ap-  
pellatione rescripti? Gom. post disputa-  
tionem includit, quod sic, tract. de brev.  
numero 7. & deservit pro intelligentia  
Bullæ Dominicæ falsificantes literas  
Apost. Navar. cap. 27. numero 62.

Quarto, in rescriptis semper intelli-  
gitur illa clausula: Si preces veritate nitan-  
tur, cap. ex parte, il. primo, eod. tit. Staph. de  
lit. grat. fol. 309. numero 2. & hoc non so-  
lum in literis Papæ, sed Regis etiam, Iscr.  
in tit. de probib. feud. in cap. quoniam inter  
dominum, numero 6, etiamsi non oppo-  
natur ista clausula, Inn. in Summario. n. 2.  
in dict. c. ex parte.

Quinto, rescriptum alternativum suf-  
ficit, quod in uno verificetur, c. inter, eod.  
tit. & sic si in rescripto ponatur unum ve-  
rum, & alterum falsum, sufficit si probe-  
tur verum, si ex illo possit consequi effe-  
ctus, decis. Rot. 7. de. res. in noviss. Gloss.  
in dict. cap. ex parte, in ver. perpetuo, Staph.  
loco citato in 6. form. num. 5.

Sexto, rescriptum quando dicatur sub-  
reptitium, vel obreptitium, vide text. &  
ibi Doct. cap. super literis, eod. tit. & an sub-  
reptio facti, vel juris vitiet rescriptum,  
vide Gom. in cap. 1. art. 56. & deinceps.

Ddd *sodem*



*cod. tit. libro 6. & in cap. 1. nummer. 108. de  
constitut. eodem libro & quast. 10. de non  
tollen. jure quasit.*

Septimiò, per rescriptum subreptitium  
datur iurisdictio, *decis. 13. num. 3. &  
ibi Addit. de rescript. in noviss. ver. tum quia,  
sed venit annullandum ope exceptionis,  
cap. ceterum, & cap. ad audientiam, eod.  
titulo.*

Octavò, quando erratur in nomine  
illius contra quem impetratur rescrip-  
tum, vel in nomine impefrantis, vel dicē-  
cēsis, an sit subreptitium? *vide Addit. ad  
dec. Rot. 16. hoc titulo in noviss. & Felin.  
in cap. signif. eod. tit. Hostiens. in Sum. loco  
enarr. num. 24. ubi locus, Judex, civitas,  
dicēcēsis, nomen, si in eis erretur, subrep-  
titum censemur.*

Nonò, processus factus per literas sub-  
reptitias, irritatur, per cap. cum dilecta, &  
hoc si excipiatur, lecus verè non. *Foller.  
in addit. ad Maran. 4. par. dist. 16. numero  
73. & cap. citatis,*

Decimò, rescripta ad causas deciden-  
das, debent esse perennia. *Abb. in ca. ple-  
rumque, in 3. notab. hoc titulo gloss. cap. 1. n.  
204. de constitut. libro 6. & in prefat. Reg.  
Cancel. de annal. poss. & de neglig. casu 143.  
vide Sylvest. in ver. rescriptum, §. 5. &  
hoc intellige, re non integrā, per cap. grat.  
& cap. licet, cum similibus. de offic. leg. & an  
idem sit in rescripto ad beneficia, vide  
Selva tract. de benef. 3. par. q. 12. num. 30.  
Rebuff. in pract. benef. in titulo de differ. in-  
ter rescript. grat. & iust. num. 42. & infra,  
& Selva loco citato, quastio 64. numero 4.  
vide l. fallo, C. de iure rescript. & circa feu-  
dalia, vide Iser. cap. 1. §. sed quia, numero  
34. de his qui fera. dare possunt, & Host.*

*incap. Sedes Apostolica, de rescript.*

Undecimò, an, & quando quis tenea-  
tur probare omnia ea, quae impetravit in  
in rescripto, vide gloss. in cap. significavit,  
in ver. aliqua, de appell. & addit. ad dec. Rot.  
7. de rescript. in noviss. & decis. 44. eodem  
titulo.

Duodecimò, conditions, quae requi-  
runtur in rescripto pro impretratione be-  
neficii, vide Selva, loco citato, 3. p. quastio  
2. & quastio 12. per totum.

Decimotertio, in rescripto ad benefi-  
cia impetranda, debet fieri mentio de  
aliо beneficio, quod impetrans fortassis  
prius habebat, etiam si sit tenuissimum,  
cap. si proponente, de rescript. & in cap. non  
potest, cap. si motu proprio, de prabend. lib. 6.  
debet facere mentionem de terra, si sit o-  
riundus ab ea, gloss. in dict. cap. in verb. de  
hoc mentionem, & hoc non explicando,  
esset subreptitium, Selva, loco citato, 2. p.  
quast. 23. num. 34. & cap. bona memoria, il.  
2. de post. prel. Gom. in Reg. Cancel. fol. 62.  
gloss. in Clem. unica, in ver. reperirent, de  
offic. deleg. Staph. in quast. for. expell. nu.  
25. & infra, Covat. pract. quastio cap. 35.  
num. 5. & 6.

Decimoquartò, utens rescripto in ca-  
sibus, cap. finalis. de rescript. perdit causam,  
intellige si lis esset contestata, Gom. in c.  
3. numero 5. de rescript. libro 6. decis. Rot.  
18. de rescript. in noviss.

Decimoquinto, in rescripto conside-  
ratur tempus præsentationis, & non da-  
tae, Innoc. in cap. mandatum, numero 2.  
hoc titulo, & hoc in causis, secus in impre-  
tratione beneficiorum, id em in ca. postul.  
num. 2. cod. tis. Abb. in cap. dilectus. num. 7.  
de prab.

Decimò



Decimo sexto, si opponatur subreptio, vel subreptio reascripti, quis teneatur probare, impetrans, vel recipiens? Vide Anchar. in cap. exceptionis, numero, 7. ver. 4. de lit. contest. libro 6.

Decimo septimo, utrum in citatione facta à delegato debeat interi originale reascripti, vel tenor, & an si secus fiat, processus sit nullus, & sententia nulla? Vide l. sancimus, C. de divers. rescript. & Vinc. de Anna, in alleg. 24. I. vol. & vide superius in ver. delegatus, §. 4.

Decimo octavo, quid si impetro reascriptum contra Rectorem alicuius Ecclesiae, & ante quam citetur, moriatur, nunquid successor possit per illum conveniri? responderetur quod non: Host. in Summ. hoc titulo num. 21. Ratio est, quia res est integra.

Decimonono, contra reascriptum quot modis possit excipi, vide Hostiens. loco citato, numero 30. ubi ponit nonaginta & unam exceptiones, quas videat pro practica quotidiana, & tit. de crim. falso, §. porro, num. 3.

Vigefimo, an, & quando reascriptum impetratum contra aliquem, & moriens eo, possit agi contra hæredes illius, vel universales, vel particulares, vel successores illi in dignitatem, vide, & distinguere cum Cap. Tolos. quæst. 265. & ibi additio.

## RES INTEGRA.

Res integra quando dicatur in judiciis, & quando in negotiis: vide Abb. in Clemens procuratorem, numero 2. de procur.

& hæc faciunt prodicis, in versiculo de legatis, num. 2. & res integra dicitur, quando non est ad effectum demandata, licet super ea sint facta actus aliqui. Gig. in cap. ubi periculum, §. sanè, notab. 2. de elect. libro 6. sed Abb. loco citato, dicit, quod res integra in judiciis dicitur ante item contentatam, in negotiis, antequam fiat præparamenta ad negotium promovendum. Sed Gem. in cap. quavis, vers. in fine gloss. hic, de offic. deleg. libro 6. dicit per citationem, vel quemcumque actum præviuum citationi facultum à judge in causa, 'Gloss. ibi in vers. usus. & Philip. Franc. per citationem, vel etiam si præsentibus ambabus partibus, ibi facit aliquem actum, puta, recipit reascriptum, facit præsentationem, & Notarius facit aperturam processus, idem ibidem, vers. videtur difficultas.)

## RENUNTIATIO, SEI PERMUTATIO, SIVE RESIGNATIO.

## SUMMA RIVM.

1. An resignatio beneficij posset fieri coram locorum Ordinariis.
2. Quibus casibus concurrentibus.
3. Qua servanda in dicta resignatione.
4. Coram quibus fieri posset.
5. An qui habet solam signaturam seu superlicationem, posset resignare.
6. An qui permutaverit beneficium suum cum aliquo, qui asserebat beneficium valere centum & postea reperit non tantum valere, posset repetere & si per multos annos exegere bona fide, peccet labe si- monita.

Ddd 2

7. 476